



Universitätsbibliothek Paderborn

Res Gestae Illvstrissimo-||rvm Martyrvm, Con-||fessorvm Atqve Sancta-||rvm Virginvm ...

Eorvm Praecipve, Qvae Per|| R. P. L. Surium sex Tomis compraehensae
sunt:|| et nunc restrictis verborum ambagibus ... ad ... D.|| Caesaris
Baronii Chronologiam|| digestae ac in quatuor Tomos distributae

Lippeloo, Zacharias

Coloniae, 1595

VD16 ZV 18288

S. Adelberti Confessoris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-43699](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-43699)

Pontificem suū Deus populis omnibus, ac in Ecclesia sua veluti cæleste quoddā iubar fulgere voluerit: vt se tanto foelicem Præsule a patrono Regiensis ciuitas merito dicere possit. Neque tantus ad illius sepulcrum honor ac veneratio temporis longinquitate consenuit, sed ad hoc vsque tempus perdurat ac viget, nec vllius ad id piè accedentis diuina gratia fidem ac spem irritam esse finit.

Verū quia extra vrbs muros erat sepultus & sentientibus Barbarorum bellis, quibus vexata diu fuerat Italia, frequentari ex more sepulcrum non poterat: Thomas vir vitæ ac morum sanctitate venerabilis, qui sancto Christi Antistiti in ea dignitate successerat, ne tanti Præsulis veneratio paulatim obsolesceret, simulque secundum quietem admonitus sacram ædem extruxit amplissimam: in quam sacræ transferrentur reliquiæ. Conuocatis igitur religiosorum omnium Collegijs & populo, qui frequens cõfluxit, sepulcrum vetus, in quo vsq; ad Luitprandi Longobardorū regis Christianissimi tempora quieuerat, apertum est: de quo tanta diuini odoris fragrantia effusa est, vt nulla ei aromata vel opobalsami riuuli, si per ædem fluere, comparari possent. Ita eductæ sacræ reliquiæ cum ingenti omnium plausu atque lætitia nouo sepulcro magno cum honore illatæ sunt. Vbi mira quæ plurima antedictis non dissimilia, meritis sancti Cōfessoris Deus cum omniū stupore operatus est.

Odor suauissimus è sepulcro S. Prosperi.

VITA S. ADELBERTI CONFESSORIS
& Lemite, discipuli S. Villibrordi Episcopi. ex ea
que est per Cænobitas Medelocenses.

Beatus Egbertus cælesti afflat^o desiderio, patria Iunij 24.
& parentibus ac cognatis relictis, studio peregrina-

S. Egbertus
multos Chri-
sto lucratur

Adelbertus
Regis Dei-
zorū filius.

Villibrordus
presby-
ter.

Summe co-
lle humili-
tatem.

grinationis in Hyberniam secesserat: ubi cum pre-
claro virtutum profectu & haud obscura vitæ san-
ctimonia in multorum admirationem venisset, Deo
id agente, multos sui sectatores effecit. Inter eos au-
tem qui certatim ad eum consuebāt, seque in eius
disciplinam tradebāt, Adelbertus Regis Deirorum
filius arctioris vitæ instituta non segniter est com-
plexus. Porro vir Dñi Egbertus quotidiana sancti-
tatis capiens incrementa, cum pro paruo duceret
sue vnius saluti consulere, summoperè plurimis
prodesse appetebat: atque in primis homines eth-
nicissimi erroribus implicatos ad Christianæ religi-
onis amplexum sanctæ prædicationis studio addu-
cere cupiebat. Audiens igitur Germaniæ populos
infidelitatis nexibus præ cæteris tenaciùs irrecitos
planè instituit ad eos commigrare; sed cum in hanc
cogitationem & curam totus incumberet, diuino
oraculo, ne eam ad effectum perduceret, retarda-
tus est. Itaque vir sanctus cum neque posset, neque
vellet diuinæ ordinationi reluctari, alios viros du-
odecim & meritis sanctitatis, & eruditionis effica-
cia tantæ rei idoneos, instar duodecim Apostolorum
delegit, quos ad Christi fidem Barbaris Frisonibus
prædicandam destinavit. Et quidem his omnibus
Villibrordus Apostolicæ gratiæ presbyter præfe-
ctus, inter alios hunc Adelbertum Leuitam discipu-
lum habebat: in quo tanta fuit morum comitas, ut
mirabili vitæ suauitate omnes ad sui imitationem
alliceret. Quicquid sermone faciendū ostendebat,
prius ipse factis declarabat: maximo se affectum
detrimento existimans, si nō verba & institutiones
suas re ipsa & exemplis optimis cōfirmaret. In pri-
mis autem verè humilitatis studiosus fuit, asserens
eius industria & cautione cætera omnia cōseruari.

Quanta

Quanta autem in Deum & homines charitate flagrauerit hoc vnū magno satis argumento est: quòd libenter propter eos regale patrimonium dimiserit, & suauissima patriæ, parètum, ac cognatorum consuetudine relicta alacriter ad feras ac Barbaras nationes commigrauerit: vt eiusdem beatitudinis eas secum participes faceret.

Eiusmodi ergò eximius heros munitus & instructus apparatu, quoquoersum proficiscens lucrandis animabus operam dabat. Vt plurimùm tamen eo in loco hærebat, quem Egmundam vocat, ad cuius recessus ab importuna hominum frequentia veluti receptum quendam habere visus est: xbi inter complures, quos fama virtutis eius inuitarat, Eggo quidã ad eum venit, & breui tempore in eius se familiaritatem insinuans, accuratè illi adhæsit, adeò vt vir Dei non rarò eius hospitio vteretur, foelicitisq; compensatione eius meteret carnalia, cui spiritalia seminabat: vtq; inter ipsos constata charitas & benevolentia esset confirmatior, eius filium è sacro fonte suscepit, & vt par erat, etiam pleraque secreta sua cum illo vel maximè communicauit. Itaque die quodam inter cœnadum cum se mutuis ex more colloquijs oblectarent, vir sanctus amico suo aperuit, velle se patriam parentesque reuifere, vt posset etiã illis aliquid gratiæ spiritualis impartiri. At Eggo nimis molestè tanti viri absentiam ferens, cum lachrymis ex eo sciscitabatur ad quod tempus rediturus esset. Tum vir Deo plenus, eius piæ sollicitudinis misertus, fragmentum pomi, quod fortè manu tenebat in igne proijciens: Cum mihius, inquit, pomi grana in virgulta excreuerint, me, Deo benè propitio, tibi restitutū videbis. Deinde susceptam profectionem prosequens, emento mari,

Discurrens
in opere Eu
angelij re
cessum suū
in Egmunda
capit.

Prædicit rã
mixam.

mari, in patriam venit: vbi aliquamdiu moratus
 verbis & exemplis non paucos ad sui imitationem
 illexit. Interea ergo sponſionis viri Dei æſtimator
 auidiſſimus, eius reditum mirè ſtiebat; cùm ecce
 hoſpitiolo illo quodam tempore voracibus flâmis
 in fauillas redacto, vbi opportunum aduentauit
 tempus, ex eodem loco prodijt germen odoris Do-
 mini, & grana in ignem iacta rediuiuos protulere
 flores: nec tamen fructus afferendo tantam ſui ad-
 mirationem excitârunt, quantum attuli gaudij re-
 ditus optatus beatiffimi Patris Adelberti: qui, vt
 promiferat, in Friſiam reuerſus, tato maiori omni-
 um ſtudio & benevolentia accipitur, quanto eius
 ſanctitas euidentiori miraculorũ atteſtatione quo-
 quouerſum ſeſe celebriùs diffudit.

Inſigne mi-
 raculum.

Vitæ rehidia-
 conus Trai-
 ectenſis.

Moritur.

Postremò vir beatus omni virtutũ exercitatione
 inſtructus ad eccleſiæ Traiectenſis Archidiaconatũ
 euectus eſt, quod mœnus cùm præclare aliquamdiu
 adminiſtraſſet tãdem poſt multorum Paganorum
 cõuerſionem multis miraculis clarus Chriſto ſan-
 ctiſſimã animam ſuã reddidit 7 Kal. Iulij, ſepultus
 Egmũdę in Kenemaria. Vbi ſub Theodorico primo
 Hollãdiæ Comite corpus eius de tumulo lena:um
 eſt: cui Theodoricus Iunior paternæ deuotionis
 ſeruētiffimus emulatoꝝ conſtruxit monaſteriu Ord-
 inis S. Benedicti, cui Egmõd nomẽ indiſcit totius
 Hollãdię in diocceſi Harlemẽſi facilè celeberrimũ.

MARTYRIVM SS. IOHANNIS ET PAULI.
 Item Gallicani viri clariffimi ex eo quod eſt à Te-
 rentiano conſcriptum. Quod & Ado Episcopus eo-
 dem ordme & modo in ſuo Martyrologio deſcriptũ
 habet. Quam hiftoriam etiam Baronius tanquam
 ſynceram approbat Tom. 3. Annalium.

Cum